UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manvale Sodalitatis B. Mariae Virginis. siue Exercitivm Spiritvale Christianae Pietatis

Véron, François

Coloniae Agrippinae, 1505 [i. e. 1605]

Orationes singulorum festorum B. virg.

urn:nbn:de:hbz:466:1-46577

Visual Library

ORATIONES SINGVLORVM FESTORVM BEATÆ *Virginis, quæ ſecundùm occurrentes dies poſſunt recitari antè iam ſcriptam Orationem;* Pietate tua. &c.

OMnipotens ſempiterne Deus, maieſtatem tuam ſupplices exoramus, vt ſicut vnigenitus filius tuus hodierna die, cum noſtræ carnis ſubſtantia, à purificata virgine, matre ſua, in templo eſt præſentatus, ita nos facias purificatis tibi mentibus præſentari. Per eundem Dominum, &c. *vel relicta concluſione eâ, poteſt ſubijci:* Pietate tua quæſumus, &c. *Feſto purificationis.*

DEus, qui de beatæ Mariæ virginis vtero verbum tuum, Angelo nuncian te, carnem ſuſcipere voluiſti; præſta ſupplicibus tuis; vt qui verè eam Dei genitricem credimus, eius apud te interceſſionibus adiuuemur. Per Dominum, &c. *Feſto Annunciationis.*

FAmulis tuis quæſumus Domine, cœleſtis gratiæ munus impertire, vt quibus beatæ virginis partus extitit *Feſto Viſitationis.*

Natiuitatis, & Conceptionis. ſalutis exordium, { Viſitationis / Natiuitatis / Conceptionis }
eius votiua ſolennitas pacis tribuat incrementum, Per Dominum, &c.

Feſto Aſſumptionis. FAmulorum tuorum, quæſumus Domine, delictis ignoſce; vt qui tibi placere de actibus noſtris nõ valemus, genetricis Filij tui, Domini noſtri, interceſſione ſaluemur. Per eundem Dominum.

Feſto Præſentationis. DEus qui B. Mariam ſemper virginem, tabernaculũ ſancti Spiritus poſt triennium in templo præſentari voluiſti, præſta quæſumus; vt qui præſentationis eius feſta recolimus in terris, ipſius interceſſione, ad templum qui Chriſtus eſt, in cæleſti gloria præſentari mereamur. Qui tecum viuit & regnat in vnitate eiuſdem Spiritus ſancti Deus, Per, &c.

ALIAE LITANIAE
B. MARIAE VIRGINIS.

KYrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Chriſte audi nos. Chriſte exaudi nos.

Pater de cœlis Deus, miſerere nobis.

Fili redemptor mundi Deus, miſerere nobis.

Spiri-